BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

MIRACULA FIDEI DIVINÆ,

QUÆ DEUS IN QUOLIBET CHRISTIANO,

Qui ex Fide vivit, quotidie operatur,

A Fr. UDALRICO A GABLINGA

ORDINIS MINOR. S. P. FRANCISCI CAPUCCINORUM

S. THEOLOGIÆ LECTORE

Consignata,

Et ad omnium devotorum Lectorum ingens solatium, ac contra omnes maxime hodiernos Fidei Catholicæ hostes potens subsidium

IN LUCEM PUBLICAM DATA.

TOMUS I.

DE ADMIRABILI ESSENTIA FIDEI DIVINÆ.

Justus autem meus ex Fide vivit. Hebr. 10. v. 38.

VERCELLIS 1771.

EXCUDEBAT JOSEPH PANIALIS,

Obtenta facultate.

BIBLIOTECA COMUNALE DIENNA

Ex Libris Sac: Abb: [illegible] Patritij

MIRACULA
FIDEI DIVINÆ,

QUÆ DEUS IN QUOLIBET CHRISTIANO,

Qui ex Fide vivit, quotidie operatur,

A Pr. UDALRICO A GABLINGA

ORDINIS MINORUM S. P. FRANCISCI CAPUCCINORUM

S. THEOLOGIÆ LECTORE

Collecta,

Et ad omnium devotarum Deiparæ Virginis Mariæ Matris Dei Cultorum ingens solatium, ac
contra curas maxime bodiernas Fidei Catholicæ hostes
pietas subsidium

IN LUCEM PUBLICAM DATA.

TOMUS I.

EX ADMIRANDA ESSENTIA FIDEI DIVINÆ.

Fides autem mea ex Fide vivit. Habac. 2.

VERCELLIS 1741.

EXCUDEBAT JOSEPH PANIALIS,

Cum Facultate.

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

Sine Fide Divina nullus poteſt Scientiam de rebus altis, quæ ſupra fines Naturæ ſunt, ullo acquirere ſtudio, ſed non abſimilis illis eſt, qui ſine navi vaſtum Oceanum tranſire contendunt: ſi puſillum proficiſcuntur, manibus, pedibuſque laſſati, illico a procellis obteguntur. Similiter & omnes illi, qui in Myſteriis Divinis humanæ rationi inſiſtunt, priuſquam veritatem agnoverint, triſte naufragium patiuntur; ita in variis locis S. Chryſoſtomus.

PARTITIO OPERIS

FIDEI DIVINÆ ADMIRABILIS ESSENTIA

PARS UNA.

EJUSDEM OPERATIO MIRACULOSA

PARS ALTERA.

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

CUm de Mandato Reverendiſſimi Patris Erhardi a Radkeſpurgo Procuratoris, ac Commiſſarii Generalis Ordinis noſtri Opus, cui Titulus eſt: *Mira cula Fidei Divinæ, quæ Deus in quolibet Chriſtiano, qui ex Fide vivit quotidie operatur*, a R. P. Udalrico a Gablinga Ordinis noſtri S. Theologiæ Lectore elucubratum accuratiſſime perlegerim, & cenſorio evolverim ungue, nihilque Catholicæ Fidei, Chriſtianæque morum diſciplinæ contrarium obviam habuerim, imo omnia in eo ſacræ Paginæ auctoritati, Sanctorumque Patrum ſanæ Doctrinæ religioſe conſona deprehenderim; Ideoque quantum ad me ſpectat typis, & omnium occulis ad communem Eccleſiæ utilitatem dignißimum dijudico.

Dat. in Conventu noſtro Alexandriæ Provinciæ Sancti Joſeph a Leoneſſa Anno a P. V. 1771. ſexto Idus Junii

Fr. Ludovicus ab Alexandria
Sacræ Theol. Lector, & Vicarius Capuc.

OPus inſcriptum *Miracula Fidei Divinæ, quæ Deus in quolibet Chriſtiano &c.* a F. Udalrico a Gablinga Capuccino S. T. Lectore elucubratum ex Mandato Reverendiſſimi Patris Erhardi a Radkeſpurgo Ord. FF. Min. S. Franciſci Capuccinorum Procuratoris, & Commiſſarii Generalis intento animo perluſtravi: Cumque nihil Fidei Catholicæ contrarium, boniſque moribus in eo potuerim deprehendere, cunctaque Fidei Divinæ miracula, quæ ab Auctore in ſuis contemplationibus proponuntur, Fidelium mentes ſuper aſtra elevare, cordaque incendere in meo ſenſu plurimum poſſint: iccirco, ſi typis demandetur Opus, aptius erit.

Dat. in Conventu noſtro S. Salvatoris 4. Junii 1771.

Fr. Raphael a Caſali Montisferrati
Ex-Lector, & Guardianus.

Nos Fr. Erhardus a Radkeſpurgo totius Ordinis Mrm S. Franciſci Capuccinorum Definitor, Procurator, & Commiſſarius Generalis (l. f.)

CUm Opus, cui Titulus — *Miracula Fidei Divinæ, quæ Deus in quolibet Chriſtiano, qui ex Fide vivit quotidie operatur* a P. Udalrico a Gablinga Ordinis noſtri Concionatore, & quondam SS. Theologiæ Lectore compoſitum, duo ejuſdem Ordinis Theologi, quibus id commiſimus reviderint, & typis vulgari poſſe probaverint, ut ſervatis ſervandis vulgari poſſit, facultatem concedimus, ſi eorum præterea, ad quos ſpectat, conſenſus acceſſerit.

Datum Romæ in Conventu Imac. Conceptionis die 19. Junii 1771.

Fr. Erhardus qui ſupraſ.

IMPRIMATUR.

Provicarius Generalis S. Officii Vercellarum.

V. Franciſcus Simundi R. Collegii Præfectus.

V. Se ne permette la Stampa.

TANTESIO per la Gran Cancelleria.

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

DEI

ECCLESIÆ UNIVERSÆ,
GLORIOSE TRIUMPHANTI,
DOLOROSE PURGANTI,
ANIMOSE MILITANTI.

CUm in dedicatione librorum id potiſſimum curandum ſit, ut & liber a ſuo Patrono recipiat ſplendorem, & Patronus a libro mutuet placitum, deponendo, ſancta Dei Eccleſia univerſa, ad tuos pedes ſacratos hoc Fidei opuſculum, utrumque me attigiſſe & libello in Te ſplendorem, & Tibi in libro acceptam materiam dediſſe arbitror. Complectitur hic liber Fidei tractatum non tam ex alienis libris deſcriptum, quam ex locis Theologicis fideliter deductum. Quomodo autem Fidei argumentum Tibi, piiſſima Mater, minus placere poſſet, cum ſupra Fidei petram, ceu fortalitium inſuperabile, conſtructa ſis, contra quam portæ inferi numquam prævalebunt.

Te unam re, & nomine catholicam, vel etiam ipſi tui inimici ſalutant, dum Te, tuoſque non niſi catholicos nominant, ac in univerſum Orbem terrarum, a ſolis ortu uſque ad occaſum Te undequaque diffuſam ſpectant. Merito igitur univerſalis haberis ab omnibus, dum in publico aſpectu una verſus omnes Cœlos ſurſum, cunctaſque

que partes terræ deorſum innumerabili Angelorum, Hominumque multitudine, veluti vitis, floreſcis fœcundiſſima. Una es Cœli Regina, & mundi Domina, Sancta Dei Eccleſia ampliſſima, quæ in Cœlis glorioſe triumphas, in flammis doloroſe purgas, & in terris animoſe militas.

Vere ſplendida es, pulchra tota, & ut ſol electa, dum ipſius juſtitiæ ſolis, Chriſti Jeſu Corpus per ſacras paginas dilaudaris. Tibi unigenitum ſuum Filium in tuum Caput dedit Pater ſupernorum luminum, qui tanto pulchritudinis ſuæ ſplendore Te, tuaque membra irradiat, quanto lucis fulgore ſol lunam illuſtrat. In hoc multi Angeli, & Chriſtiani multi unum corpus, & alter alterius membra ſumus ſinguli. Uno eodemque vivificamur Spiritu Sancto, & ſanctificamur, qui datus eſt nobis, ut ceu vitam ſanctam per totum Chriſti Corpus Dei charitatem diffundat æſtimatiſſimam. Inde tam certum, quam vulgatum oraculum apoſtolicum: Unum Corpus, & unus Spiritus, unus Dominus, una Fides, unum Baptiſma, unus Deus, & Pater omnium, qui eſt ſuper omnes, & per omnia, & in nobis omnibus.

Patere igitur in Cœlis Triumphans Eccleſia, Chriſti Corporis portio nobiliſſima, ut operis iſtius fronti præclarum tuum affigam titulum, a quo, veluti cornuta Moyſis facies, primo aſpectui radiis exornata affulgeat. Tu etenim Dei es Civitas, de qua dicta ſunt gloriola, dum cœleſtis Jeruſalem, cujus muri, & plateæ puriſſimo ex auro, ceu cryſtallo perlucido, & e lapidibus conſtant pretioſiſſimis, es ſuperexaltata. Tu thronus illius es Regis,